

1327, Settembre 9.

*Ginotto Marmora attesta del buon servizio di Giov. Michieli sen-
sale in Ayazzo.*

Die nono exeunte. Per virtutem et potestatem unius procu-
rationis carte scripte manu Jacobi filius quondam Laurencii
Deolai de Venetiis imperiali auctoritate notarii facte anno a na-
tivitate domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto mense Julii
die nono intrante, indictione nona, Venetiis. Qua intercetera No-
bilis vir Marcus Tanolico de contrata Sancti Paterniani de Venetiis
fecit constituit atque ordinavit me Cimoto (?) Marmora de con-
trata sancte Fusce de Venetiis absentem tamquam presentem
tam in Hermenia quam in Cipro et ubique locorum suum certum
nuntium actorem factorem et procuratorem.....endendam libel-
lum dandum et recipiendum licitem contestandum et de calumpnia
et veritate.....us anima iurandum petendum exigendum et
recuperandum atque excuciendum omnia sua bona et havere.....
... debendibus et quoquunque modo et forma tam cum cartis quam
sine cartis finem et remissionem faciendum, etc..... non petendo
etc. ut in ea legitur. Plenam et irrevocabilem securitatem facio
Ego Ginotus de contrata sancte Fusce de Venetiis habitator *mer-
cator in Aiacia* cum heredibus suprascripti Marci Tanolico de
confinio sancti Paterniani iamdicto. Vobis *Joanni Michael* de Ve-
netiis ad presens *Sanxario Aiacie* et vestris heredibus de omni
eo et toto quod dicto Marco Tanolico quocumque modo et ratione
ei dare et solvere tenebamini. Nunc autem quia me eius nomine
exinde bene et perfecte appacastis et cum omni integritate de-
liberastis a modo ex inde vos securum reddo imperpetuum pariter
et quietum. Quia nichil inde remansit, etc. Testes dominus Petrus
Miani et Nicolaus famulus domini Baiulli.